

LITANIÆ

De omnibus Sanctis.

Kyrie eleison, Christe eleison,
Kyrie eleison.

Christe audi nos, Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, Miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, Miserere nobis.

Spiritus sancte Deus, Miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, Miserere nobis.

S. Maria, Ora pro nobis.

S. Dei Genitrix, Ora pro nobis.

S. Virgo Virginum, Ora pro nobis.

S. Michael, Ora pro nobis.

S. Gabriel, Ora pro nobis.

S. Raphael, Ora pro nobis.

Omnes S. Angeli & Archangeli, Orate pro nob.

Omnes S. beatorum Spirituum Ordines, Orate.

S. Joannes Baptista, Ora pro nobis.

S. Joseph, S. Joachim, Ora pro nob.

Ss. Tres Reges, Orate pro nobis.

Omnes S. Patriarchæ & Prophetæ, Orate &c.

S. Petre, S. Paule,

S. Andrea, S. Jacobe,

S. Joannes, S. Thoma,

S. Jacobe, S. Philippe,

S. Bartholomæe, S. Matthæe,

S. Simon, S. Thadæe,

S. Mathia, S. Barnaba,

S. Luca, S. Marce,

Omnes sancti Apostoli & Evangelistæ, Orate.

Omnes sancti Discipuli Domini, Orate &c

Omnes sancti Innocentes, Orate pro nobis.

S.

Ora pro nobis.

S. Stephane,	S. Laurenti,	Ora pro nob.	
S. Vincenti,	S. Hypolite,		
S. Evergisle,	S. Agilolphæ,		
S. Engelberte,	S. Elphi,		
S. Maurine,	S. Albine,		
S. Vitalis, S. Gregori Spolet,	S. Pauline,		
Ss. Fabiane & Sebastiane,	Orate pro nobis.		
Ss. Joannes & Paule,			
Ss. Cosma & Damiane,			
Ss. Gervasi & Protasi,			
Ss. Nabor & Felix,		Orate pro nobis.	
Ss. Felix & Adaucte,			
Ss. Mauri, Ss. Ewaldi,			
S. Mauri cum Sociis tuis,			
S. Gereon cum Sociis tuis,			
S. Victor cum Sociis tuis,			
S. Cassi cum Sociis tuis,			
Omnes sancti Martyres,			
S. Sylvester,			
S. Gregori,	S. Ambrosi,		
S. Augustine,	S. Hieronyme,	Ora pro nobis.	
S. Thomas de Aquino,	S. Martine,		
S. Nicolae,	S. Materne,		
S. Severine,	S. Cuniberte,		
S. Heriberte,	S. Anno,		
S. Swiberte,	S. Norberte,		
Omnes sancti Pontifices & Confessores,	Orate.		
Omnes sancti Doctores,	Orate pro nobis.		
S. Antoni,	S. Benedicte,		Ora.
S. Bernarde,	S. Dominice,		
S. Francisce,	S. Bruno,		
Omnes sancti Sacerdotes & Levitæ,	Orate.		
Omnes sancti Monachi & Eremitæ,	Orate.		

S. Anna,	S. Maria Magdalena,	Ora &c.
S. Agatha,	S. Lucia,	
S. Agnes,	S. Cæcilia,	
S. Catharina,	S. Anastasia,	
S. Ursula cum Sodalibus tuis,	Orate pro nob.	
S. Helena,	S. Elifabetha,	

Omnes sanctæ Virgines & Viduæ, Orate &c.
 Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercedite pro nobis,

Propitius esto,	Parce nobis Domine.
-----------------	---------------------

Propitius esto,	Exaudi nos Domine.
-----------------	--------------------

Ab omni malo,	Libera nos Domine.
---------------	--------------------

Ab omni peccato,	
------------------	--

Ab ira tua,	
-------------	--

Ab imminentibus periculis,	
----------------------------	--

A peste, fame & bello,	
------------------------	--

A subitanea & improvisa morte,	
--------------------------------	--

Ab insidiis diaboli,	
----------------------	--

Ab ira & odio & omni mala voluntate,	
--------------------------------------	--

A spiritu fornicationis,	
--------------------------	--

A fulgure & tempestate,	
-------------------------	--

A morte perpetua,	
-------------------	--

Per Mysterium sanctæ Incarnationis tuæ,	
---	--

Per Adventum tuum,	
--------------------	--

Per Nativitatem tuam,	
-----------------------	--

Per Baptismum & Sanctum Jejunium tuum,	
--	--

Per Crucem & Passionem tuam,	
------------------------------	--

Per Mortem & Sepulturam tuam,	
-------------------------------	--

Per sanctam Resurrectionem tuam,	
----------------------------------	--

Per admirabilem Ascensionem tuam,	
-----------------------------------	--

Per Adventum Spiritûs Sancti Paracliti,	
---	--

In die Judicii,	
-----------------	--

Peccatores,	Te rogamus audi nos.
-------------	----------------------

Libera nos Domine.

Ut

- Ut nobis parcas,
 Ut nobis indulgeas,
 Ut ad veram pœnitentiam nos perducere
 digneris,
 Ut Ecclesiam tuam sanctam regere & con-
 servare digneris,
 Ut Dominum Apostolicum & omnes Eccle-
 siasticos Ordines in sancta Religione con-
 servare digneris,
 Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare dig-
 neris,
 Ut turcarum & hæreticorum conatus reprimere
 & ad nihilum redigere digneris,
 Ut Antistitem nostrum N. in sancta Religio-
 ne & prosperitate conservare digneris,
 Ut Imperatori nostro N. ac Regibus &
 Principibus Christianis pacem & veram
 concordiam donare digneris,
 Ut Civitatem & Archidiecepsin Colonien-
 sem in sancta Religione & Pace conser-
 vare digneris,
 Ut cuncto populo Christiano pacem &
 unitatem largiri digneris,
 Ut nosmet ipsos in tuo sancto servitio con-
 fortare & conservare digneris,
 Ut mentes nostras ad cœlestia desideria
 erigas,
 Ut omnibus Benefactoribus nostris sempi-
 terna bona retribuas,
 Ut animas nostras fratrum, propinquorum
 & benefactorum nostrorum ab æterna
 damnatione eripias,
 Ut fructus terræ dare & conservare digneris,

Te rogamus audi nos.

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam
donare digneris, Te rogamus audi nos.

Ut nos exaudire digneris, Te rogamus &c.

Fili Dei, Te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Miserere nobis.

Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.
Pater noster. *Secretò.*

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

Rc. Sed libera nos à malo.

Psalms.

Deus in adiutorium meum intende : * Domi-
ne ad adjuvandum me festina.

Confundantur & revereantur : * qui quæ-
runt animam meam.

Avertantur retrorsum & erubescant : * qui
volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes : * qui di-
cunt mihi : Euge euge.

Exultent & lætentur in te omnes, qui quæ-
runt te, * & dicant semper : magnificetur
Dominus ; qui diligunt salutare tuum.

Ego verò egenus & pauper sum : * Deus
adjuva me.

Adjutor meus & liberator meus es tu ; *
Domine ne morêris.

Gloria Patri, &c. Sicut erat in princ. &c.

Ÿ. Sal-

V. Salvos fac servos tuos.
 R. Deus meus sperantes in te.
 V. Esto nobis Domine turris fortitudinis.
 R. A facie inimici.
 V. Nihil proficiat inimicus in nobis.
 R. Et Filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

V. Domine non secundum peccata nostra facias nobis.

R. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

V. Oremus pro Pontifice nostro N.

R. Deus & Dominus noster eum salvum & incolumem custodiat Ecclesiæ suæ sanctæ ad regendum populum sanctum Dei.

V. Oremus pro Antistite nostro N.

R. Dominus conservet eum & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra & non tradat eum in animam inimicorum ejus.

V. Oremus pro Imperatore nostro N.

R. Domine salvum fac Imperatorem & exaudi nos in die, quâ invocaverimus te.

V. Oremus pro Benefactoribus nostris.

R. Retribuere dignare omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam.

V. Oremus pro fidelibus defunctis.

R. Requiem æternam dona eis Domine & lux perpetua luceat eis.

V. Requiescant in Pace. R. Amen.

V. Pro fratribus nostris absentibus.

R. Salvos fac servos tuos, Deus meus sperantes in te.

V. Mitte eis Domine auxilium de Sancto.

R. Et te Sion tuere eos.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s.

Deus, cui proprium est misereri semper & parcere; suscipe deprecationem nostram; ut nos & omnes servulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

Exaudi quæsumus Domine supplicum preces & confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem.

Ineffabilem nobis Domine misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos & à peccatis omnibus exuas & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpâ offenderis, pœnitentiâ placaris, Preces populi tui supplicantis propitius respice; & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

Omnipotens sempiternæ Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro N. & dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ; ut te donante tibi placita cupiat & tota virtute perficiat.

Et servulos tuos N. Antistitem, & N. Imperatorem nostros unâ cum populo ipsis commisso; & nos ab omni adversitate custodi; pacem

&

& salutem nostris concede temporibus & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam.

Deus, à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem, & corda nostra mandatis tuis dedita & hostium sublata formidine, tempora sint tuâ protectione tranquilla.

Ure igne sancti Spiritûs renes nostros & cor nostrum Domine: ut tibi casto corpore serviamus & mundo corde placeamus.

Fidelium Deus omnium Conditor & Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur.

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præveni, & adjuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat & per te cæpta finiatur.

Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris simul & mortuorum, omniumque miseris, quos tuos fide & opere futuros esse prænoscis: Te supplices exoramus; ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præsens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementia omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dnum nostrum Jesum Christum &c.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum Spiritu tuo.

Ÿ. Exaudiat nos omnipotens & misericors Dominus. R̄. Amen.

Ÿ. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. R̄. Amen.

PROCESSIO AD PETENDAM PLUVIAM.

In Litaniis de omnibus Sanctis his dicatur: Ut congruentem Pluviam fidelibus tuis concedere digneris, Te rogamus audi nos. In fine postea dicitur: Pater noster. Secretò. Et ne nos inducas &c.

Psal. 146. Laudate Dominum, quoniam bonus est &c. Quo finito dicantur preces.

Ÿ. Operi Domine cælum nubibus.

R̄. Et para terræ pluviam.

Ÿ. Ut producat in montibus fœnum.

R̄. Et herbam servituti hominum.

Ÿ. Riga montes de superioribus tuis.

R̄. Et de fructu operum tuorum satiabitur terra.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam &c.

Ÿ. Dominus vobiscum, R̄. Et cum &c.

O r e m u s.

Deus, in quo vivimus, movemur, & sumus; pluviam nobis tribue congruentem, ut præsentibus auxiliis sufficienter adjuti sempiterna fiducialius appetamus. Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus; contra adversa omnia tua semper protectione muniamur. Da nobis quæsumus Domine pluviam salutarem: & aridam terræ faciem fluentis cœlestibus dignanter infunde. Per dñum nostrum Jesum &c.

Ÿ.

Ÿ. Dominus vobiscum R̄. Et cum &c.

Ÿ. Benedicamus dno. R̄. Deo gratias.

Ÿ. Exaudiat nos omnipotens & misericors Dominus. R̄. Amen.

Ÿ. Et Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. R̄. Amen.

AD POSTULANDAM SERENITATEM.

In Litanis de omnibus Sanctis bis dicatur:
Ut fidelibus tuis aëris serenitatem concedere digneris. Te rogamus audi nos. *Ad finem dicitur:* Pater noster &c. Ÿ. Et ne nos induc. &c. *Psal. 66.* Deus misereatur nostri &c.

Ÿ. Adduxisti dñe Spiritum tuum super terram.

R̄. Et prohibita sunt pluvie de cælo.

Ÿ. Cum obduxero nubibus cælum.

R̄. Apparebit arcus meus & recordabor fœderis mei.

Ÿ. Illustra faciem tuam dñe super servos tuos.

R̄. Et benedic sperantes in te.

Ÿ. Domine exaudi orationem &c.

Ÿ. Dominus vobiscum &c.

O r e m u s.

Deus, qui culpâ offenderis, pœnitentiâ placaris: Preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte. Ad te nos Domine clamantes exaudi: & aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus, ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, misericordiâ tuâ præveniente clementiam sentiamus. Quæsumus omnipotens Deus clementiam tuam, ut in-

undantiam coërceas imbrium & hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per Dominum nostrum Jesum Christum &c.

AD REPELLENDAM TEMPESTATEM.

Pulsantur campanæ, & iis, qui adesse possunt, in Ecclesiam convocatis, dicuntur Litaniæ ordinariæ, in quibus bis dicatur: A fulgure & tempestate. Et post Litaniæ, Orationemque Dominicam Ps. 147. Lauda Jerusalem Dñum &c. Postea:

Ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

Rc. Qui fecit cælum & terram.

Ÿ. Ostende nobis Dne misericordiam tuam.

Rc. Et salutare tuum da nobis.

Ÿ. Adjuva nos Deus salutaris noster.

Rc. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.

Ÿ. Nihil proficiat inimicus in nobis.

Rc. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

Ÿ. Fiat misericordia tua Domine super nos.

Rc. Quemadmodum speravimus in te.

Ÿ. Salvum fac populum tuum Domine.

Rc. Et benedic hæreditati tuæ.

Ÿ. Non privabis bonis eos, qui ambulant in innocentia. Rc. Domine deus virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

Ÿ. Domine exaudi orat. &c.

Ÿ. Dominus vobiscum &c.

O r e m u s.

Deus, qui culpâ offenderis, pœnitentiâ placaris: Preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro pecca-

peccatis nostris meremur, averte. A domo tua, quæsumus Dne, spiritales nequitiae repellantur: & aerearum discedat malignitas tempestatum. Omnipotens sempiterne Deus, parce metuentibus, propitiare supplicibus, ut post noxios ignes nubium & vim procellarum in misericordiam transeat comminatio tempestatum. Domine Deus, qui imperasti ventis & mari, & facta fuit tranquillitas magna, exaudi preces familiae tuae & præsta, ut hoc signo sanctæ Crucis † omnis discedat sævitia tempestatum. . . Omnipotens & misericors Deus, qui nos & castigando sanas & ignoscendo conservas: præsta supplicibus tuis: ut & tranquillitatibus operatæ consolationis lætemur & dono tuæ pietatis semper utamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit &c.

Aspergatur aqua benedicta.

TEMPORE PENURIÆ ET FAMIS.

In Litanis de omnibus Sanctis bis dicatur: Ut fructus terræ dare & conservare digneris. Post Litanias dicitur: Pater noster &c.

Psalm. 22, Dominus regit me &c.

Y. Domine non secundum peccata nostra facias nobis.

Rc. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

Y. Oculi omnium in te sperant Domine.

Rc. Et tu das illis escam in tempore opportuno.

Y. Memento congregationis tuæ.

Rc. Quam possedisti ab initio.

Y.

Y. Dominus dabit benignitatem.

R. Et terra nostra dabit fructum suum.

Y. Domine exaudi orationem meam &c.

Y. Dominus vobiscum &c.

O r e m u s.

Ineffabilem nobis domine misericordiam tuam clementer ostende : ut simul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias. Da nobis, quæsumus domine, piæ supplicationis effectum, & famem propitiatus averte : ut mortalium corda cognoscant, & te indignante talia flagella prodire & te miserante cessare. Populum tuum tibi subditum pro peccatis suis fame laborantem ad te domine converte propitius, qui quærentibus Regnum tuum omnia adjicienda esse dixisti. Qui vivis & regnas cum deo Patre &c.

TEMPORE CONTAGIONIS ET PESTIS:

In Litanis de omnibus Sanctis dicatur bis: A Peste & Fame libera nos domine. Et infra suo loco, Ut à pestilentia flagello nos liberare digneris, Te rogamus audi nos. In fine Litaniarum dicitur: Pater noster &c. Y. Et ne nos &c.

Pf. 6. Domine ne in furore tuo arguas me &c.

Y. Domine non secundum peccata nostra facias nobis.

R. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

Y. Adjuva nos deus salutaris noster.

R. Et propter gloriam Nominis tui domine libera nos.

Y.

Ÿ. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.

℞. Citò anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis.

Ÿ. Ora pro nobis S. Sebastiane.

℞. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam &c.

Ÿ. Dominus vobiscum &c.

O r e m u s.

Exaudi nos deus salutaris noster & intercedente beata & gloriosa Dei Genitrice Maria semper Virgine & beato Sebastiano Martyre tuo, & omnibus Sanctis, populum tuum ab iracundiæ tuæ terroribus libera & misericordiæ tuæ fac largitate securum. Propitiare domine supplicationibus nostris & animarum & corporum medere languoribus, ut remissione perceptâ in tua semper benedictione lætemur. . . Da nobis quæsumus domine piæ petitionis effectum, & pestilentiam contagionemque propitiatus averte, ut mortalium corda cognoscant, & te indignante talia flagella prodire & te miserante cessare. Per dominum nostrum. &c.

IN QUACUNQUE TRIBULATIONE.

Finitis Litanis de omnibus Sanctis dicatur:

Pater noster &c. Ÿ. Et ne nos inducas &c.

*Psal. 19. Exaudiat te dominus in die &c. vel
Psal. 90. Qui habitat in adiutorio &c. Quo
finito dicitur:*

Ÿ. Deus refugium nostrum & virtus.

℞. Adjutor in tribulationibus.

Ÿ.

Ÿ. Salvos fac servos tuos Domine.

℞. Deus meus sperantes in te.

Ÿ. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis. ℞. Miserere nobis.

Ÿ. Adjuva nos deus salutaris noster.

℞. Et propter gloriam Nominis tui Domine libera nos.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum Spiritu tuo.

O r e m u s.

Ne despicias omnipotens Deus populum tuum in afflictione clamantem : sed propter gloriam Nominis tui tribulatis succurre placatus. Ineffabilem misericordiam Domine nobis clementer ostende, ut simul nos & à peccatis omnibus exuas & à pœnis, quas pro his meremur, eripias. Concede nos famulos tuos quæsumus Domine Deus perpetua mentis & corporis sanitate gaudere, & gloriosa B. Mariæ semper Virginis intercessione, à præsentis liberari tristitia & æterna perfrui lætia. Tribulationem nostram, quæsumus Domine, propitius respice : & iram tuæ indignationis, quam justè meremur, averte. Deus refugium nostrum & virtus : adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus auctor ipse pietatis & præsta : ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat &c.

INITIA